

*148. Instrumentum assignationis
di Gaspare e Baldassarre
de Aprucio in favore della
chiesa cattedrale di S. Gerardo*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*148. Instrumentum assignationis
di Gaspare e Baldassarre
de Aprucio in favore della
chiesa cattedrale di S. Gerardo*

1445-11-02

(c. 417r) In nomine domini domini nostri Iesu Christi amen. Anno a nativitate ipsius millesimo quatricentesimo quatricesimo quinto, regnante serenissimo domino nostro domino Alfonso Dei gratia rege Aragonum, Sicilie citra et ultra farum, Valentie, Ierusalem, Ungarie et Mayorice , Sardigne et Corsice , comite Maronche , dux <sic> Athenarum et Neopatrie ac etiam comite Prosilianis et Ceritanie, regnorum vero eius anno decimo feliciter amen, die secundo mensis novembris, none inditionis, apud civitatem Potentie.

1

2

3

Nos Iacobus de Bone Ioanne de Potentia annalis iudex civitatis eiusdem, Thomasius Strambus de Potentia publicus ubilibet per provincias Principatus citra et ultra seras Montorii, Capitinate et Basilicate regia autoritate notarius et testes subscripti ad hoc specialiter vocati et rogati, presenti scripto publico instrumento fatemur atque testamur quod predicto die eiusdem ibidem in nostri presentia personaliter constitutus vir venerabilis

Attualmente l'originale si presenta sfrangiato in corrispondenza dell'angolo superiore destro, pertanto parte del protocollo è illeggibile; vuoi il trascrittore cinquecentesco vuoi, secoli dopo, Fortunato, riportano questa testimonianza sotto l'anno 1445; presumibilmente la data era per loro ancora leggibile senza problemi. Il calcolo dell'era regni è per anno incipiente allungato.

A Baronchie

A Rossilionis

domnus Lucas de Cioffo, cantor maioris ecclesie Potentine et procurator procuratorio nomine et pro parte capituli Potentini et yconomus agens, ut dixit, <ex> una parte et Gaspar de Abrucio et Baldaxar de Abrucio, fratres ex utroque parente suscepti, pro se // (c. 417v) et eorum heredibus particularibus et degeneralibus, ex parte altera, quicquidem cantor et procurator ut supra asseruit coram nobis et que vice vocis oraculo loquendo, quod noviter ad aures et plenam notitiam omnium clericorum capituli memorati ac suas pervenisset clara et lucida notitia ex quodam publico confecto testamento per quondam Margaritam de Barriba de Potentia, matrem dictorum Gasparis et Baldaxaris in ultimis constitutam, legasse quandam terram sitam et positam in tenimento civitatis Potentie in loco ubi dicitur la Valle de Salicibus, confinatum ab una parte setentrionis iuxta vineam Ciccarelli Capelle mediante sepe et intrate, ab alia parte iuxta terram ecclesie Sancti Girardi midiante <sic> limite, ab inferiori parte iuxta terras ecclesie Sancti Francisci, mediante limite, iuxta vias publicas descendentes ad flumen magnum et alios fines, occupatam et detenpte <sic> per eosdem Gasparem et Baldaxarum <sic> suos noxantes et nescientes legatum predictum predice terre fore <per> eandem condam Margaritam avam ipsorum factum ecclesie Sancti Girardi pro luminariis ecclesie antedictae; et quoniam qui sine titulo posse//ssionem (c. 418r) accipit et retinet alienam aliquo tempore iuste possessionum comudum <sic> non accepit, sed penam insertam legibus evitabit quod ignorantie causa predicta excuset quod minime tenent et nicholaus predicti Gaspar et Baldassar coram nobis sponte et sine dolo et fraude et non vi, sed satagerites et divinum indicium formidantes, ne ipsum contra e(ss)es et eorum <animos>

irreve(ss)et et perveniret propter bona ecclesia indebite et occupata tenere, propter quod tam eis quam quilibet eorum selera gravissima multipliciter multisque firmis et modis cumilarent et ideo peccatorum eorum veniam misericorditer implorando coram nobis liberaliter et cum maxima devotione, corde et opera pro remissione peccatorum predicte quondam Margarite ave ipsorum, quod Creator omnium eidem indulgeat et ad vitam eternam perducatur et observat, nunc prout ex tunc et tunc prout ex nunc dictam terram, confinatum ut supra, dederunt, tradiderunt et assignaverunt dicto cantori, procuratori et iconomo capituli ecclesie supradicte, ad habendum, tenendum et possidendum et recipiendum ex ea et de eo perpetue fructus, ove(n)c(i)on(e)s et redditum anno quolibet, absque contrarietate anfracta predictorum Gasparis et Baldaxaris, heredum et successorum eorum, vigore legationis predicte dicto cantori procuratori, ut supra, presenti et recipienti <pro> parte ecclesie antefate, inponentes procuratorem predictum // (c. 418v) coram nobis recipientem pro parte dicte ecclesie et luminarie in veram proprietatem terre iamdicte; promictentes predicti Gaspar <et> Baldaxar per se et eorum heredes et successores dictam assignacionem et tradicionem dicte terre, sicut predicatur factam, gratam, notam et firmam habere et perpetue observare et numquam contrafacere, opponere vel venire, de iure vel de facto, aliqua occasione, modo, ingenio seu tractatu, palam, publice vel occulte, sub pena et obligatione omnium bonorum ipsorum et ad penam per quemlibet ipsorum unciarum auri viginti, pro medietate scilicet regie curie seu alteri ubi exinde facta fuerit reclamatio seu querela et altera vero medietas eiusdem pene eidem cantori stipulanti, nomine et

pro parte clericorum capituli memorati incommissibiliter persolvetur, me predicto notario tamquam persona publica pro parte dicte curie et dicto cantori nomine et pro parte dictorum clericorum subcessorum suorum solemniter et legitime stipulantibus. Et renunciaverunt dicti Gaspar <et> Baldaxar exceptioni vi, doli mali, metus et in factum presentis non fit celebratus<sic> contractus, exceptioni decipiens et fraudis rei que predicto modo non geste vel aliter habite quam superius continetur et est expressum, legi dicenti generalem renunciacionem non valere et legi per quod cavetur quod dicte legi renunciari non possit atque non valere, capitulis et constitutionibus regni <et> nostri avi iuri et legum auxilio introducto quod iura capitulorum et constitutionum regni, nec non omni alii // (c. 419r) iuri canonico et civili et [...]orum auxilio vel alio quovis modo per quod seu que contra predictos Gasparum et Baldaxarum <inducendo> et iuvare de obligatione predicta vel aliquo premissorum vel infrascriptorum vellet <contra>venire, facere vel quomodolibet allegare, dicere vel opponere; cerciorati prius dicti Gaspar et Baldassar per me predictum notarium et iudicem de omnibus beneficiis et auxiliis omnium legum et iurium predictorum hinc <non> expressorum quibus et propter que dicta assercione et ratificatione et huius tenor posset in aliquo minui vel infringi. Et pro predictis omnibus attendendis et inviolabiliter observandis et predicta omnia vera <sunt>, predicti Gaspar et Baldassar dicto cantori coram nobis presenti et recipienti corporal[iter] tacta pres[t]iterunt iuramentum, et voluerunt [dicti] contrahentes quod si aliqua iuris sollemniter in presenti instrumento defendere, tacite et expresse intelligatur in eo et tociens refici et emendari possit ad consilium sapientis donec

eius opus fuerit, veritatis tamen substantia non mutata.
 Unde ad futuram rei memoriam et dictorum Gasparis et
 Baldassarri preces et predictorum clericorum capituli
 seu cuius interest et poterit interesse cautelam, factum
 est exinde presens instrumentum per manus mei predicti
 notarii, signo meo solito signatum, mei qui supra
 iudicis et nostrum subscriptorum testium // (c. 419v)
 subscriptionibus roboratum.

4

5

6

7

8

9

10

11

12

13

14

A Bono

A Zoffo

A suscepti

A generalibus

A qui quidem

A sue

A Garruba

A avam

A superiori

A limite

A ignorantes

8

15

16

17

18

19

20

21

22

23

24

25

26

27

28

A nec

A sed

A peccatores

A excusat

A nichilominus

A satagentes

A eos

A contraveniret

A ecclesiastica

A animabus

A scelera

A formis

A cumlaret

A conservat

*148. Instrumentum assignationis di
Gaspere e Baldassarre de Aprucio in
favore della chiesa cattedrale di S. Gerardo*

9

29

30

31

32

33

34

35

36

37

38

39

40

41

42

A omne censum

A ratam

A contradicere

A inremissibiliter

A sic

A deceptionis

A renunciationem

A omni alii

A per

A adiuvare

A numquam

A assignatio et ratificatio

A sollemnitas

A deficeret

Quod scripsi ego predictus notarius Tomasius ut supra
 notarius qui premissis omnibus rogatus et vocatus
 interfui ipsumque meo consueto signo signavi. Ego
 Iacobus de Bono Ioanne annalis iudex qui supra
 Franciscus de Asthis testis interfui Ego Lancati de Palma
 de Neapoli testis interfui Ego Laurentius de Populo testis
 interfui Ego Antonius Matheus Cirelli de Venusio testis
 interfui Ego n[ot]arius Franciscus de Stampis testis
 interfui Ego Valentinus [de Populo] testis sum